

cunq; mathematicis doctrinis operam dat, aut cuius mentis indagatiois vehementius studet, debet etiam motum corporis adhibere, & in gymnastica exercitatione versari. Ac rursus qui summa corpus diligentia formata & roborata, anime quoq; vicilium motus adiungit, musica & omnibus philosophicis studiis vltus, si modo quis iure bonus simul & pulcher sit appellandus. Similiter quoq; partes curate debemus, totius speciem imitari. Cum enim corpus ab increditibus incendatur intus, frigidumve fiat, & iterum ab extremis aridum madidumve reddatur, & que deceps hanc sequuntur perpetiatur, quando quis otium agens corpus motionibus his committit, superatam ab his dissoluitur. At si quis in curando corpore illam imitetur naturam quam altericem vniuersi vobis habuimus, ita vt nunquam torpere permittat, sed moueat semper, iugique agitatione internis externisque motibus secundum naturam vbiq; reseruit, & moderata quadam commotione aberrates passionis, corporisq; partes commotionis ratione seruata vicilium in ordinem redigat & exornet, secundum sermonem illum superiorem quem de vniuerso habemus nequaquam finet inimicum inimico admodum prelaui in corpore morbosq; citere, sed efficit potius vt amicum ad hunc morbo sanantem corporis tuetur. Omnium vero motuum optimus ille est, qui in semet ex seipso fit. Nam & metus, & totius ipsius motioi cognatissimus est. Qui vero ab alio fit, deterior. Deterrimus autem motus, quando iacens & quiete agens corpus, ab aliis secundum partes mouetur. Quapropter purgationum constitutionumq; omnium corporis, quae exercitatione gymnastica fit, saluberrima est. Proximam ad hanc accedit vinctio facilis, siue nauis, seu quous alio vehiculo peragatur. Tertia commotionis species tunc demum cum summa cogit necessitas, vtilis aliter vero nullo modo sanae mentis homini suscipienda. Medicorum illa purgatio est, quae pharmacia, est, et solentis medellis, fieri solet. Morbi enim nisi periculo sissimi sunt, pharmacia irritandi non sunt. Omnis nanque morbo rum constitutio animalium naturae quodammodo similis est. Sanè animalium compositio ab ipso generationis exordio certis temporum curriculis terminatur, idq; & genus vniuersum patitur, & animal vnum quodq; ab ortu fatale viuendi spatium in seipso exceptis necessariis passionibus, continet. Etenim trianguli ab ipso initio singulorum vim possidentes vsque ad certum tempus sufficienter ad vsum vitae cohererent, vltra id vita non mini protogatur. Idem quoque constitutionis modus languoribus conuenit. Quos si quis citra fatale temporis cursum pharmacia amputare contederit, est parus ingentes, ex paucis multi euadere consueuerunt. Quapropter diligentia vitus corrigendi & gubernandi sunt morbi, prout cuique datur otium, neq; difficile infestumq; malum pharmacia in uelut gadium. Ac de communi quidem animalium, & parte illius corpore, qua diligentia regenda & gubernanda sint, vt ratio viuendi seruetur, haec dicta sunt. Ipsum vero quod gubernaturum est, multo magis ac prius ita pro virtutis instructuendum est, vt quam optimè atque pulcherrimè ad regendum sit praeparatum. Exacta quidem huius rei discussio propria sibi & integram disputacionem exigeret. Quatum vero forte ad id quo de agimus attinet, si quis per superiorum vestigia gradiatur, non absurdè sic maximè procedendo ad commodum istorum sine perueniet. Sa-

Cuius optimus motus.

De purgationibus.

Diligentia vitus corrigendi morbi.

pein superioribus diximus tres esse animae species in nobis trita ita distributas, singulaque suos motus habere. Ita nunc paucis concludamus, quae cuiq; illarum corpus, & a suis motibus otium agit, imbecillissimam necessariè reddi: quae vero agit assidue, robustissimam. Quapropter danda est opera vt species singulae motus suos inter se moderatos conuenienter tenore conferant. De praestantissima igitur anime nostrae specie ita est sentiendum. Nepe hanc Deus, vt demonem nostrum cuiq; tribuit: hanc in summa corporis arce sedem habere dicimus, atque ad caeli cognationem a terra nos tollere, tanquam animalia caelestia potius quam terrena semine nata. Quod quidem rectè admodum dicitur. Vnde enim primus animae datus est ortus, inde diuina vis caput radicemque & originem nostram pendentem suscipiens, totum dirigit corpus. In eo igitur qui conspiciunt, & ambitiose iracundiae affectibus explendit incubit, necesse est opinionis omnes mortales fieri, atque cum quam maximè fieri potest, mortalem profusus euadere, cum mortalem naturam pro virtutibus aurerit. At cum qui totus descendit veritatis cupiditate flagrauerit, atque omnem eius operi praecipue in hoc vno impenderit, necesse est omnino, si quidem veritatè attingat, immortale & diuina comprehendere: & quatenus humana natura immortalitatè a seque potest, eatenus hinc penitus immortalè euadere nulla videlicet immortalitatis parte dimissa, quietiam cum semper diuinè colapsissimèque familiarem demonem in se habeat ornatisimum praecipue beatum fore. Cultura autem cuiusque omnino vna est, proprium cuique pabulum motumq; tribuere. Et vero quod in nobis diuinum est, motus cognati sunt, vniuersi ipsius cognationis atque circuitus. Hosi itaque secutum vnumqueque nostrum oportet discursionis lae nostras in capite olim à prima generatione corruptas, per ipsam mundanae harmonie reuolutionis quae intelligitiam ita corrigere, vt intellectus rei intelligentem vim secundum pristina natura similem reddat, per qua similitudinem vitae à Deo optimè nobis propositae, & in presenti tempore, & in futuro finem adipiscamur. Sed iam disputatio illa de vniuerso vsque ad generationem hominum nobis proposita finem penè sum adepta videtur. Caetero vno ad animantium generatione quatenus dicitur ad necessitas postulat, paucis perstringemus. Sic enim modum in hac disputacione tenere sibi quisque videbitur. Verù de his iam ita dicamus. Quicunq; virorum iniusti timidiq; vixerint, quemadmodum probabiles ratio nobis ostendit, in generatione secunda in feminas sunt conuersi. Quo quidem tempore hanc ob causam diu coitus amorem machinati sunt. Igitur in vris vnu quiddam, in feminis alterum vitae & animae composita ita compositurum. Ipsum potus discursum, quo per pulmones potus sub renibus in vena dehisce & spiritus mixtus elisusq; depromitur, diu in fistula modum in compactam medullam à capite per ceruicem & spinam deriuauerunt, quod quidem Spermata, id est semen, in superioribus nuncupamus. Hoc autem vapore animatum ac respirans, qua parte spirat, per eadem vitale effluens desiderium gignit, atq; ita generandi amorem nobis inseruit. Quocirca pudendum naturae in vris instita vis, inobediens rationem, furiosam libidinis violentia subicere sibi cuncta conatur. Yulua quoque matrisq; in feminis eadem ratione

De generatione.

De generatione.

De generatione.

De generatione.

tionem animalium auidum generandi, quando procul à fetu per ataris florem, aut vltra diutius detinerit, aegre fert moram ac plurimum indignatur. paucissimiq; per corpus oberrans, meatus spiritus intercludit, respirare non sinit, extremis vexat angustis, morbis denique omnibus premit, quousque vtriusque cupido amoret, quasi ex arboribus fetum fructumue producent: ipsum deinde decerpit & in matricem velut agrum inspargunt: hinc animalia primum talia, vt nec propter paruitatem videantur, nec dū apparent formata, concipiunt: mox quae conflauerit, explicant; ingentia intus enutritum, demum educit in lucem, animaliumq; generatione perficiunt. Mulieres hunc in modum & foeminae omnes sunt generatae. Auium autem genus ex nostro ita est apud formatum, vt pro pilis pennas acciperet. In hoc illi homines transeunt, qui simplices & innocentes cū sint, leues tamen sunt, & frustra in rebus sublimibus curiosi: quousque adeo fati sunt, vt oculorum iudicio cōfisi, hoc altissima quaeq; finititer demonstrari posse non dubitent. Gressibilium vero serarum genus ex his natum hominibus, qui à philosophia penitus alieni ad caelestia nunquam oculos erexerunt, ex eo quod volitionibus illis quae in capite peragi solent, vni nunquam sunt, sed illas animae partes secuti quae in ventre & pedore dominantur. Ex his vtiq; studiis anteriora membra & capita ob ipsam cognitionem humi penitus deflexerunt: in longum produm ac diuersum corporis verticem tenere: quod quidem illi propter desideria singulorum collisi sunt & contra ita circuitus: & ideo quatuor pedum ac etiam plurium illi instituta figura, vt insipientioribus vno maiorem ex pedibus multis atque progressu occasione presteret, per quam magis etiam dellectantur ad terram. Eos autem, qui horum insipientissimi erant, corpūque in terram penitus prosternebant, quasi nihil vltra pedibus opus foret, in corpora carentia pedibus & humi serpētia permutarunt. Quartum genus aquaticum est, ex illis natum qui stolidissimi & imperitissimi fuerant, quos nostri illi transformatores pura respiratione dignos idcirco non iudicauerunt, quia propter extremam transgressionem iniquitatem animam impurissimam profusus habebant. Ideo ex tenui ac pura aeris illa respiratione, in aquae respiratione profundam turbidamq; merferunt. Vnde piscium & ostreae ac denique aquatilium omnium orta est multitudo: in qua certe mutatione illi ex sedium extremarū habitatione, inficitia quoque extremae dat pœnas. Hunc in modum & olim & nunc in se inuicem animalia migrant, dum mentis & demētie iactura vel ademptione mutantur. Iam igitur nostra haec de vniuerso disputatio finem habebat. Mortalia enim & immortalia viuentia mundus hic sortitus, atque inde completus, ita denique factus est visibile visibilis comprehendens animal, intelligibilis dei imagio, sensibilis, maxime interminatus, pulcherrimus, perfectissimus, caelum vnum hoc atque vniuentum.

Generatio auium.

Generatio serarum.

Generatio piscium.

De generatione.

De generatione.

De generatione.

De generatione.

vt probiq; comendat ex multis tum dei, tum naturae, manebit: simulq; componat omnes ne patrie sui ingratis dum vitiis Atticum iam ortum quem occidit plagam superpetit commemorat, interea docet & omnia domari virtute, & vites virtute praeditos, in occidentibus, id est rebus aduersis, in orientibus, hoc est secundis rebus felicitateque. Nec in iniuria post Timaeum de mundi generatione, legi vult Critias de antiquitate mundi. Videtur autem neque hinc historia finem imposuisse, neque sequenti historia sub Hermodoro titulo promissam composuisse. Hanc autem non solum quidem sed veram historiam extitisse, testat. Trimo quidem, quia vbiunque fingit aliq; quid, solet fabulari nominare. Hic vero in antiqua historia aucter asserere. Deinde idem omnino asserit in Timaeo, appellans rem miram quidem sed omnino veram. Et à quibus accepta sit diligenter vt oblique testet, scilicet à maioribus suis atque gentilibus. Critias enim hic ab anno Critia, ille vero à Solone patris sui quilibet quoque mādatur. Solon ab Aegypsi fuerat doctus Praeterea Proclus Marcellum cuiusdam de rebus Aethiopiis addidit historiae in quibus haec manifestissimè confirmatur. Aethiopi vbius gentis iheria. Et si Platorem nullas historias negat, Porphyrius tamen, Proclus, & ante hoc Origenes allegoria insuper voluit physicam continere. Quos quidem veros si conuenit singula allegoria ad vnum accommodare, ab ipso Platone deideantur, in exordio vbi dicitur curiose nimum in huiusmodi rebus allegorias sub persona Socratis irridere. Verum ne Anaxagora sensum, quo profusus neglecto nemo si Platonis omnino negligere videatur, Tallas quidem si nomen intelligit, hanc vtiq; praesidens, & septuaginta nomen suae generationis atq; gubernans, & hinc vtiq; figurat animarum intellectus solo vtiq; nimum, nimum, & similia. At laetius vero figurat nimum generationis fauentium, animarumq; corporibus conuenientiam ad generationis officium totiusq; ornati. Conuenientissimè vero per occidentem, per mare, per insulas, per varias locorum partitiones, ipsa generationis materia multibusq; diuersa significatur. Bellum praeterea sit studiosa cōtentione, per quam superiora nimum, inferiora sicut inde coarctat, & animas quasi terra & igni à materia motus segregat. Tunc quod Nephelus ex matre & filio procedit, intelligit vel ex terra generat, vel astatu quodam ex priori viuendi formam aliam formam regenerasse. Quingero vero partus, quique sunt forma corporum, quae in hoc materia vni per vna agitatione copuati, scilicet lapides, metalla, plati, animalia partim ratione caris, partim prada ratione. Decem vero filij sunt, quolibet enim partu gemini coeuntur. Nephelus in quous composito elementali coalescit virtus, simulque virtus quadam caelestis infunditur, quam medici virtutem nominant specialem. Ex geminis autem quingero partus decem filij computantur. At quingero zōne siue spirae arcem Nephelus circundantes, quingero sunt sphaerarum natura, caelestis, ignea, aerea, aquae, terrea. Partim vero terrenaes aut partim aquaeas, vt statum in rebus significaret & motum. Communiter vero per omnes meatus, multum inter se vram significat generatam. Commemorata & metalla, vt per septem metalla septem planetarum influxus intelligamus generatione omnium moderantes. Aurum quidem Soli, Argentum Lunae, Metalla Plumbum Saturno, Electrum Ioui, Ferrum & as Marti, Veneri Placis dicitur. Mercurio Stannum Platonis tribuit. Mensuram vero carumque numeri partium ex historia, partium ex architecturae ratione ducuntur. Non omnia tum operis, tum eloqui gratia decore attribuitur. Sed de allegoria ferme iam satis, iam vero sic libri huius mysteria confirmemus. Platonis deus quidem alius, vt cora vrbis vitar, supercaelestes, alios vero caelestes, & alios subcaelestes esse patet. Et primus quidem filius dei, sequenter vero omnes deorum filios nominat. Rursus in prima amplissima prouidentiam, in secundum minus amplam, in tertio ad angustiora redactam collocant, vt ipse qui iam certis terra plagis verumq; generibus diuina distributione praesint, quemadmodum, & caelestes alij, alius celi partibus stellasque praeposuit. Hic ergo subcaelestes dicitur quodam ordine, alij generes alius gubernandas ab initio susceperit. Ab initio inquam vel gentis mundi, vel generis humani regenti. Si quidem post ingentem terreni orbis illusionem, Plato homines arbitratu eius modis deorum opera ex ipsa terra velati matre diuinitus generari. Post se enim illos gignere per ideam videlicet humanam quae sunt. Possit terram parere nouo abudantēque humore persusam, & accedente calore succundam siue post aquarum collisionem sequantur tepidi soles, siue post vlla quada incendia pluuia vltig riuus affiant. Homines vero à diis à terra procreantur, Herodotus opinatur, qui à parentibus occulta quaedam mentis ad mentis praesentia siue rebus ab initio multa per secula fuerit. Quonia vero longo

CRITIAS, VEL, ATLANTICVS. MARCELLI PICINI ARGUMENTVM.

Plato noster officiosissimè patrie suae filius laudauit eum in Menexeno ex rebus contra orientales strenuè gestis. Atq; in Critia, ex rebus contra occidentales strenuè gestis. Atq;



ipso certare potest, quod & fert omnia, & fructus profert optimos, pascuisq; abundat animali cuique accommodatis. Tunc vero non modo speciosa hec omnia, sed etiam vberima producebat. Quam ratione illius terre coniectari potest? Omnis ab alia continenti in pelagus longa velut promontoria porrigenz haec. Quae altitudo maris proxima passim profunditate circumdat. Cum itaque multa ingentiaq; diluua annorum noue milliu interuallo praeterierint, (tot enim ex illo tempore ad praesens anni fluxere,) tellus his temporibus collationibusq; e sublimioribus locis defluens, ne collem quidem, vt alibi locorum soler, accumulauit, dignum saltem mentione: & semper circumdedit in profundum occulit. Quapropter relicta sunt, quemadmodum in angustis insulis praesentia haec, si cum illis conferantur, quasi corpore per morbum extenuato ossa deterta nudataque terra molli quondam & pingui solumq; tenue corpus atque aridum mansit. Olim integra terra altissimos montium colles habebat: & agra qui nunc Phelaei nominantur, solo pingui fertiles erant. Sylua in montium vertice frequens. Cuius nunc etiam coniectura quaedam apparet. Sunt enim montes nonnulli, qui solas nunc apes pascunt, olim vero nec multo tamen ante ad hoc tempore ingentes inde incise arbores operimētis & contignationibus consociendis aptissimae, ex quibus aedium amplissimarum structurae adhuc extant. Et aliae multae arbores domesticae, mites atq; procerae. Quinetia pascua pecorum vberissima. Praeterea regio haec quotannis, ab Ioue frugiferam pluuiam hauriebat. Neq; vt nunc per decliuae praeruptaque effusa ex terra in mare aquam fundebat, sed hanc absorpta tenaci quadam cohaerente & sublimibus venient recondens combibensq; in viscera dimittebat. Vnde passim iuges fluiorum fontiumque riuu factuiebant, quorum etiam nunc in veteribus fontibus sacra quaedam signa relicta conspiciuntur. Quapropter ter in praesentia de his vera narrantur. Atque haec erat regionis huius conditio. Excolebatur praeterea tunc ab agricolis, vt consentaneum est, & veris & ad eadem haec intentis, ingeniosis profecto viris & honestorum admodum studiosis, solum fertile naclis, aquam copiosissimam, temperiemq; aeris singulis anni temporibus saluberrimam. Vrbis autem eo tempore sic instituta erat. Primum quidem arcis tunc alia quam nunc erat dispositio. Nunc enim vna saltem nox pluuiosa, tenue solum cum liquefisset, terrae motum induxit, & ante illud Deucalionis exitum, tertia prius illuione fatali. Superiori vero tempore magnitudo eius vsque ad Eridanum Elisiumque protensa Phycem intus & Lycabertum comprehendebat, terminum e regione Phycis habens. Erat glebosa omnis, paucis locis exceptis a superiori parte plana. Habebantur exteriora eius ad leuam ab artificibus agricolisq; qui proximae agris colebant. Superiora milites soli prope Mineruae Vulcanique templum inhabitabant, veluti aedis vnus viridarium vno ambitu circumdantes. Loca enim eius ad boream versa colebant, qui communes aedes, atque caenacula quibus hyeme vtuntur, parabant: & quaeunque communi ciuitatis vitae coeueniebant, tum haec, tum templa, sine auro & argento omnia extruendo. Nulla si quidem in re vnquam his vtiebantur. Verum medium inter superbiam liberalitatemque sicuti honestas habitationes struebant, in quibus & ipsi con-

senescentes & natiatorum eas posteris sibi similibus relinquebant. Hortis vero gymnasiisque & caenaculis aultrius verius expositis vtiebantur aetate. Erat fons vnus, vbi nunc arcis est locus. Quo ob terrae motum exhausto, iuuli circū exigui reliqui sunt. Tūc autem affatim omnibus liquore fuggerebat irriguū: cuius erat aetate atq; hyeme temperies futuris. Hac illi ratione loca haec habitabant, cuium quidem suorum custodes, ceterorum vero Graecorum volentiu duces, obseruantes in primis vt semper idē illorum esset numerus, virorum videlicet foeminarumque iam in re bellica fortium: neque minor erat vnquam numerus militū quam viginti milia. Cum igitur tales illi essent, semperq; ratione huiusmodi patriam suam & vniuersam Graeciam iuste administrarent, per omnem Europam & Asiam, tam egregio corporis habitu, quam innumeris animi donibus omnium, qui tūc erant, probatissimi & clarissimi habebantur. Deinceps quales aduersariorum ab initio res fuerint, nisi forte quae pueri audiuimus memoria exciderūt, vobiscum tanquam amicis comunicabimus. Sed antequam refera, admonēdi estis, ne miremini si plurima barbarorum virorum nomina Graecē nunc audieritis. Id enim ex eo contingit, quia Solon cum cogitaret illa carminibus suis inserere, vim ipsam est nonnium perferatū, inuenitque primos illos Aegyptios harum rerum scriptores in linguam suam ea nomina trāstulisse. Quare & ipse rursus vniuersumque nominis sensum accipiens, in vocem nostrā couertit. Atq; haec scripta apud auum meum erant, & nunc apud me sunt, quorum iam olim puer curam habui. Si ergo talia nunc audieritis nomina, qualia apud nos sunt, ne miremini: nam huius rei causam intelligitis. Longa vero oratione sit opus, si a principio narrē id quod iam antē dixi de fortitione deorū, vt terra inter se vniuersam distribuissent, partim in ampliores portiones, partim angustiores, templaque & sacra sibi instituisent. Sanē Neptunus insulam fortitus Atlanticā filios ex mortali foemina in quodam insulae loco progeniuit huiusmodi. Secus mare plana erat, sed in media insula planities erat, quae omnium spaciiosissima feracissimaeque dicitur extitisse. Prope planitiem rursus in medio mons erat breuis, stadiis quinquaginta distans: hic a quodā eorū qui principio terra nati sunt, nomine Euenore colebatur. Is ex Leucippi vxore Clitonem vnicam filiam genuerat. Parentibus mortuis & matura iam puella, Neptunus eius desiderio captus illi se miscuit, circumspexitq; collē quem habitabat spiras aquae circumfluis terraeq; zonis alternē, partim amplioribus, partim angustioribus. Ex quibus duo quidem terrae, tres vero maris fuere circuitus, qui veluti tomo descripti pari vndiq; intervallo per insulam mediam distabant, inaccessibilemque hominibus collē ipsū reddebant. Neq; enim tunc naues erant, neq; nauigadi peritia. Ipse vero vt prope Deus facile mediā insulam exornauit, humorēmq; duplicis aetate frigidae & calidae ex terrae abditis pet fontes exteriores erumperet, alimenta item varia & abundantia per terras pullulare iussit. Quinq; praeterea masculorū filiorū partus geminos progeniuit & nutriuit. Atq; omnem Atlanticā insulam decem plagas partitus, primogenito maternā habitationē & plagā quae circum arcem tribuit, maximā profecto sortē atq; potissimā: Regemq; illum statuit reliquorum, ceteros vero mularum gentium regionūq; principes. Singulis imposuit nomina. Primogenitū quidem

quidem vocauit Atlantem, totius insulae regem. Vnde & pelagus cognominatur Atlanticum. Eum vero qui eodem partu itatum illum secutus est, patria voce Gadirum, quem Graecē dicimus Eumclom. Qui extremas insulae partes ad columnas Herculis est fortis, suoque loco nomine Gadiricum nunc cupatit. Secundi partus vnum Amphicrem, alterum Euidemonem nominauit. Tertij, primum natum Maelcum, secundum Autochthonē. Quarti autē Elisippum priorem, Mellorem vero posteriorem. Quinti demum, primum Azaem, Diaprepē vero secundum. Hi omnes postertique ipsorum multa ibi secula habitauerunt, multis per mare insulis aliis dominantes, etiam his quae Aegyptum vsque Tyriamq; habitauerunt vt praediximus. In maxima certe generatione vniuersum Atlanticū erat genus, semperq; rex antiquior regnum primogenito relinquebat: quod imperium multa per secula conseruauit. Tanta vero illis diuitiarū copia, quanta nullis antea regum superiorum fuerat, nec vllis vnquam posterorum facile comparabitur. Structa ordinataque illis erant in ciuitate totoque regno omnia, quorū vltus expeuit. Multa quidem ad eos extrinsecus propter imperium accedebant, permulta quoq; insula ipsa ad omnem vitam vsū pertinentia producebat. Primum quidem omnia quae vnquam ex terra visceribus erantur, & quae solida permanent, & quae funduntur, quod nunc nominatur solum, tunc certē plurimū effodiebatur. Orichalcum multis ex insulae locis insigne metallū, tunc apud eos ceterorū excepto auro pretiosissimum. Et quae vnquam sylua producit architectis, ferebat abundē. Pascua quinetia animalibus tam feris, quam domesticis fuggerebat. Elephantū praeterea ingens ibi copia. Alebat nempe sufficienter quae vnquam per paludes, lacus, & flumina siue montes agrosue pascuntur: & hoc quoque vultum animalia genus & voracissimum. Tum quae vnquam tellus nunc odonifera nutrit, radices, gramina, ligna, liquentes iuccos, flores ac fructus. Suauem praeterea vitis humorem & solidū alimentum, quibus ipsi nutrimur. Illa item quibus pro cibo vtitur & obsonij gratia, quae legumina vocitamus. Nec non liquores ex arboribus atque effusas ad sitim famēque extinguendā. Neq; deerat his vnguenta. Accedebat & deliciarum gratia fructus variorum arborū copiosissimi. Aderant quoq; satietatis solatia bellaria, laborantibus grata. Haec omnia insula quae quodā erat, sacra, speciosa, mirāda, vberissima producebat. Atque haec colligentes ex terra, templa, & regias aedes, portus, naualia, & vniuersam regionem struebant hoc pacto spiras illas maris, quae antiquam circumdabant metropolim, disponentes. Primum quidem conuictūis pontibus transitum ad exteriora & ad sedem regiam praebueret, vbi dei ipsius maiorumque suorum sedibus statim ab initio regias aedes aedificauerunt. Alterque ab altero ornata suscipientes continuū susceptione superiores in exornando pro viribus superabant, quod ad molles magnitudine decorūque mirandas fabricauerunt. Foecam portū ad mari ad extimum circuli deduxerūt, quae tria iugera in latitudinem protendebatur, centum pedes in altum, in longū stadia quinquaginta. Atq; vt ex hoc mari ad circuli illū velut ad portum applicare naues possent, effecerūt patefacto illius ore, vt naues maximas caperet. Zonas itē terrae quibus spirae maris distinguebantur, pontibus secuerunt, vt vna transire nauigare ex alia in aliam liceret:

supra vero terebant, vt traiectus nauigio esset. Terrarum namq; zonarum labra alta mare supereminabant. Maximus planie circulus per quem mūdabatur mare, latitudine stadia coeplebat tria: proximus huic orbis terrae profus aequalis: sequentium vero duorum, aequos quidem orbis stadia duo, terreus autem humido praecedenti rursus aequalis, stadium deniq; vnū, qui ipsam insulam in medio positam circumdabat. Insulae vero in qua regia erat, diametris, stadia quinque, & hanc circum orbē, & portum latum ad plethri mensurā hinc atq; inde muro quodā lapideo clauerunt, turres portatūque in singulis super pontes secundum maris transitus fabricantes. Saxū tum medius insulae aedificatus, tum spiras illas intrus forisq; ostendendis bus insulae circūque creuebatur, arum, capidum, rubrū, quae latomiae simul ciuitati ex ipsa petra coepta naualia duo egregia praebant. Aedificia vero partim simplicia, partim & vniuersi coloris lapidibus fecerunt, ipsa varietate volupateque fecerit. Eius insuper muri, qui exteriori orbē clauderent, superficem omnē aere tenet vt fluctuant: eius vero qui interiori, flanno: eius denique qui circumdabat arcē, onchalo igneo fulgore coruscus. Regia vero ipsa intra arcem ita constructa. In medio sacrum & inaccessibile Clitons Neptunij templū, auro ambitu circumdatū. Illuc a principio coeuenientes genuerunt decem regū genus, atq; ibidem quotannis ex decē regionibus congregati vnicūq; illorū sacra solennia peragebant. Erat Neptuni templum stadium vnū solum, iugera latum tria, altum vero quantum longitudo, iugera latum exigeret videbantur, figura eius specieiq; barbarica. Exteriora praeter suprema salubria argēto omnia exornauerunt. Nam culmina ipsa & apices, auro. Intus autē laquearia tota chburnea, auro argento, orichalco variē caelata conspicebantur. Verum parietes, columnas, pauimenta orichalco exornauerunt. Statuas quinetia ex auro exereunt. Deū quidē curru insistentē, tenentēque equorū alatorum habenas, laquearia alta ceruice tangentē. Circa hunc delphinis insidentes Nereides centum. Tot enim esse tūc existimabantur. Aderat & sturax donariūq; coplurima priuatorum. Extrinsecus exstabant imagines aureae mulierum omnium regiarum, virorumque quicunq; ex generibus decem descendebant, multaque & ingentia simulacra donariūque alia regū & priuatorum tum ea ex vrbe, tum ex aliis eorum imperio subditis. Aderat item altare magnitudo dine & artificio quod ad reliquū apparatus spectabat, decentibus. Eadem ratione & regia tam amplitudini regni, quam ornamentis sacris coeuenientia. Vtebatur autem fontibus tam calidis, quam frigidis, iugis scaturigine exuberantibus, quibus inerat ad vtunque solum misticca cum iucunditate salubritas. Porro circa fontes habitationes constructae erant, & arbores consistat, receptacula quoq; aquarū circūposita, partim quidē sub diuo patētia, partim vero subtecto calidis lauacris hyerno tempore accommodata, regia foerūmq; priuata, atque alia mulieribus, alia item equis, exterisue iumentis. Decens planē & coferens vnicuique seruabatur. Desuū vero irriguūque humorem in neptuni deduxere lacum, ob fecunditatem soli, arboribus variis & altitudine specieiq; mirandis refertum. Atque inde in exteriori circuitum per aqueductus iusta pontes deriuauerunt. Vbi templa multa delubraq; deorum, viridaria, atq; gymnasia, partim hominū, partim equorū, foerum

scorum in vtraque orbium insula. Sed circa mediam insulam omnium maximam præcipuus erat hippodromus. Cuius latero stadium, longitudo per omnem circuli porrigebatur ad æquale certamen. Circa hippodromum vtriq; erat thipatorum custodumq; dispositæ domus. Fidis quidem militibus intra ipsum angustior in circuitum arci quam proximam, commissa custodia: habent, in arce ipsi, circa regis habitationes cœcissæ. Naualia præterea tribunibus, omnibusque ad eas pertinentibus instrumentis referta, singulaq; sufficienter expostita. Atq; hic erat regiarum adium apparatus. Transcunt vero portus qui foristres erant exteriores, apparebat circumquaque murus à mari incipiens valli instar, & stadiis quinquaginta ab amplissimo circulo ac portu vndique distans, qui ad os foueæ, quod versus mare erat, redibat. Torum verò id colebatur, & reliquum quidem spatium multis & frequentibus ædificiis abundabat, sinus autem ipse portusque latissimus plenus erat nauibus, mercatoribusque vndique confluentibus. Vbi ob frequentem turbam die nocteque clamor continuus ac strepitus ingens audiebatur. Atque ita de vrbis & antiquæ sedis dispositione, vt olim traditum est, in præsentia iam retulimus. Deinceps verò commemorare conabimur quæ natura, quive cultus reliquæ regionis existerit. Principio locus omnis editus admodum, iuxta mare abruptus. Regio verò circa vrbem campestris omnis, ambiens quidè vrbem, ambita verò ipsa montibus à mari surgentibus facilis & æquabilis. Eius longitudo tota in alteram partem erat stadiorum ter millea medio verò supra, vsque ad mare milliū duorum. Situs autem insular ad austrum vergebat, ac excellioribus locis Boreæ expostus. Montes eius frequentia, altitudine, pulchritudine omnes qui nunc extant, exsuperabat. In eis vici complurimi accolunt, atque ditissimi. Neque deerant amnes, lacus, prata, quibus animalia omnia tum fera, tum domestica abundè nutriebantur. Sylua item crebra ac varia singulis operibus materiam affatim suppeditabat. Atq; ita locus ille tam natura dispositus, quam multorum regum diligentia opibusque longo tempore erat excultus. Quadrata regio fuit plurimum recta in longum vergens, sed propter foueam circumcutam recta amissa figura. Cuius profunditas, longitudo, & amplitudo incredibiles dictu. Impossibile nanq; videtur tam vastum opus, cum aliis collatum operibus, manibus hominum esse factu. Dicendum tamen quod audiuius. Iugeri vnus erat profunditas, latitudo omnium, stadium: cùmque esset per vnuerfum campum acta, longitudo eius stadiorum decem millia: hæc sane flueta ex montibus demanantia suscipiebatur, pæque agros reuolua ad vrbem hinc atque illic perueniens, hæc tandem erupibat in mare. Desuper autè ab ipsa plate pedes centum foueæ, recteque exiit per agrum rursus in foueam mari proximam demittebatur: Altera verò ab altera stadiis centum sciungebatur. Deducebant ex siluis ligna in vrbem, & alia suis quæque collecta temporibus duplicibus per foueas nauibus: fouearum enim tractus oblique sese vsque ad vrbem intersecabant. Geminus ex terra fructus ac fruges annis singulis colligebant: hyeme quidem lous beneficium pluuiis tellus madebat, æstate riuus ex aqueductibus irrigabatur. Circa numerum verò virorum in campestri regione ad rem militarem vtilium hic

erat ordo, vt suum quæque ducem pars eligeret præberetque. Pars autem cuiusque magnitudo decies decè stadia: vnuerforū verò numerus, millia, sexaginta. Sed eorum qui montes & alia loca colebant, infinitus: per loca verò & plagas in humilioribus secundum duces distributi erant cuncti. Igitur institutum erat, vt dux in bellum inferret sextam curruum bellicorum partem, ad millia curruum decem, equos binos, & equites, rursusque bigam absque sella. Vbi esset & qui paruo clypeo munitus descenderet, & qui ambos habens vicissim regeter equos. Armigeros item binos, & fagritatos & funditores vtrinque binos, leuis armaturæ milites, iactores lapidum, iaculatorésque tres vtroque. Nauas quæ uor, ad ducentarum millium nauium complementum. Hæc itaque ratione in regia ciuitate erant res bellicæ preparatæ. Reliquarum verò nauium vrbium apparatus alibi aliter, & aliter habebatur, quarum rerum prolixior narratio fit. Magistratus autem honorèque sic erant principio instituti. Vnusquisque decem regum in sua provincia, suaque in ciuitate hominum, tum etiam legibus plerique dominabatur, puniebaturque pro arbitrio vnumquemque, ac morte damnbatur. Imperium profecto & communio inter illos secundum Neptuni mandata dirigebantur, quemadmodum leges illis, & literæ nuntiabant à maioribus in columna quadam ex orichalco circa medium insula, in templo Neptuni ipsius vigne præ. Illi igitur quinto & per vices sexto quoque anno conueniebant, tam parique gratiæ æquam partem distribuentes. Congregati verò de publicis rebus deliberabant: diligentius examine iudicantes, si qua in re præuaricati quis esset, damnbant. Cum igitur foret iudicium ineundum, tali se iuramento inuicem alterngebant. Nam cùm essent in templo Neptuni soliti tauri, ipsi decem seorum ab aliis vouebant deo gratiam imitari æquam partem distribuentes. Vndelignis & laqueis solis venabantur. Et quæ necesse ceperrant taurum, ad columnam tractu, in eius columnæ vertice, vt scriptis erat mandatum, protinus iugulabant. Extabat autem in columna præter leges iuramentum execratiōis: terribilia his qui non parerent, imprecans. Quando itaque sacrificiis demoreparatis, iam crematuræ erant singula tauri membra, impleto cratere guttam sanguinis pro vnumquoque infundebant. Reliqua dabant igni, iugulantes columnam. His denique actis, phialis aureis haurientes ex cratere & super ignem libantes iurandū interposito promittebant iudicatos se secundum inscriptas columnæ leges, puniendosque eos qui antea deliquissent. Præterea literarum illarum normam sponte nunquam se transgressuros Addebant neque præter patris ipsius leges, vel imperaturos se vnumquam, vel imperanti obedituros. Hæc vnusquisque illorum sibisipos posterosque precatus, bibensque & offerens deo phiala, ad cœnam se & necessaria cœuerebat: postquam verò lassitudo accederet, igneque viciaturnum fermè ià extinguito, singulis cepulea colore, & quam pulcherrimam in diti veltam, ac penes hostias ambustas humi fedetes noctu, totumque ignem in sacris accensum extinguentes, iudicabantur simul & iudicabant, si quis eorum quempiam tanquam legum transgressorem accusauisset. Postquam verò iudicauerunt, dissequi illis erat, in vrbis tabula sententia, inculcantes, eas vna cum vestibus monumenta futura posteris, suspendebant.

Leges

Leges autè erant alie multe circa facta regum pro præ singularum, sed hæc præcipue. Ne nunquam illi inter se bellum inferrent, imo succurrerent omnes, si quis aliquam ciuitate regum ipsorum regum exortatæ aggrederetur. Cùmque in cômone quemadmodum superiores, de bello ceteris actionibus delibarent, imperijus Atlantico generi tribuebant. Cedis autem autoritate aduersus aliquem cognatorum, regi non concedebant, nisi plures ex decem quam quinq; in eandem sententiam conuenissent. Talem itaque tantamque potentiam quæ in illis tunc erat locis deus certo quodam ordine ad hæc rursus loca deduxit, tali quadam, vt fertur, occasione. Multa sanè per secula, quoad natura illis diuina perseverauerit, legibus obediunt, & erga diuinum genus ipsi cognatum benignè affecti erant. Magnificè nanque illorum animis, & veræ cogitationes inerat. Vnde & modesta vtebantur prudentiaq; in his quæ aliunde & quæ inter se incidissent. Quocirca sperentes præter virtutem omnia, præsentia parui faciebant, neque efferebatur, sed tanquam onus quoddam existimabant, auti ceterorumque copiam. Neque præ delictis ebori, neque præ more exercitiæ in aliquo per in continentia aberratimò verò vtpote sobriè acutè cernebant hæc omnia communi ex amicitia vna cum virtute incrementum suscipere: horum vero studio & admiratione, dispersi hæc, & virtutem amicitiaque, desicere. Quoad in eis mens talis, & natura diuina viget, creuerunt quæ supra narrauimus omnia: postquam verò diuina fors in quodam abusu crebrisque mortalium reru affectibus inquinata euauit, mosque humanus præualuit, tunc primùm quia non possent ferre præsentia, dedecore fucebuerunt. Nam apud eos qui cerere poterant, turpiter affecti existimabantur, cum pulcherrima ex pretiosissimis perdidissent. Qui autem rectam ad beatitudinem vitam inspicere non valebant, ipsi eos præclaros beatorumque putabant maxime, cum maxime iniqua plus habedè cupiditate & violentia abundarent. Tunc sanè deus eorum Iupiter qui regit omnia legibus, quique potest hæc talia cerere, cum deprauari generosum, arguendū, iustitiam, hominesque eos conspire vellet, vt adepti temperantiam modeliores concinnioresque euaderent, deos omnes in sedem eorum honoratissimam conuocauit, vnde tanquam ex medio mundi throno, quecunq; generationis iubecla sunt, conspicuuntur. Vocatōque concilio sic est exorsus.

DE EST FINIS DIALOGI

PLATONIS DE LEGIBUS VEL DE LEGVM LATIONE, VT LIBRI VNVS, DIALOGVS PRINCIPALIS, MARSILLI PICINI ARGUMENTVM.

Seculū apud prætoris penè idem magnanime Laurenti, tria possumus haberi sapientia lumina, Pythagoram, Socratē, & Platōnem. Copertū autem habemus sapientiam quidē Pythagoræ magis in cœlesti, Socratis verò in ægelo magis, Platōnis denique in cœlesti, pariter atq; ægelo consistere. Præterea disciplina iā Pythagoræ speculatiua, quam Socratis moralis, à communi hominum consuetudine videtur remotiorem. Platōnis verò doctrinam speculatiua pariter & moralē, vbi que ita diuinam cum humano contemperat, vt & communi hominū consuetudini fa-

uere possit accommodari, & simul homines ad diuina æternaque conuertere. Neque verò putandum est propterea Platōnem à Pythagoræ & Socratis, quos quasi nomina collit esse diuersum, sed vnica potius atq; vna in spūm quasi vnica, vt ita loquar, diuini ad humanitatem moderatōis, vt quodammodo diuini in ille quidem ingenium dant ex diuinum iussu in Aristotele verò & ceteris post Platōnem Philisophis humanitatem tantum, sed in Platōne diuina pariter & humanam Quorsum hæc? Vt meminerimus præsentē legū dispositionem, quoniam ab ipso Platōne nō per Pythagoræ personam, vel Socratis vti solet cetera, inuero verò per propria Platōnis ipsius personā nobis traditor, non inuaria viam quandā inter diuina & humanā mediā obtinere, neque nos per abilita & inuia quæda trahere, neque tamen ad inferiora deducere. Quamobrem decem illi de Repub. libri Pythagoræ magis sint atq; Socratis: præsentis verò leges magis Platōnis iudicentur. Illa Respublica vniuersi fuerit & optantis dispositio præsentis sit eligenda: vt qui in arduum illud ascendere nequeat, ad hos saltū clementiores colles non deuenientur accedere. Considera quanta dignitā humanæ salutis nosse Plato prospiciat, qui non solum per ardua vult videri hominibus admirandus venientiam per delicias quada facili & propitius esse omnibus vtiq; salutaria. Hic ergo nos cogit homines si noluerint inter se facere iustitiam, communitate perire, si fieri solet, propria singulis vtilitate re. Neque enim casu istum, autē nosse omnino lætari habebat. Nam præter summā aliarū diligentiam legum, prædictissimam faceret, ne cui liceat vltra certū & illi quidē mediocriter terminā ceteris amplificare, ne alius quidē copia nomia, alius obis inopia vixere cogantur, id quod miserabile esse putat, nulli inter patriæ suæ vrbis esse mendici. Quod autē persona hic Platōnis sub ipso Atheniensis hospitis nomine, & id quidē modestie gratia lateat, legenti decipere ex multis perspicui apparbit, ex eo præcipue, quod affirmabit se geminas traianisse Respublicas. Conditorum autē leges Græcis, iure a tribus Græcarū legum optimis conditoribus leges accepit. Mimō, Lycurgo, Solone, aduenit, ad cetera, mutatis, inuenientiam optima ex cunctis composi formæ. Et quoniam ab iustis constituta ciuitate & regulā gubernandā, tamen legum positio nominat potius quam Respublica. Quoniam in ea ciuitate in qua possessiones sunt propria singularum, propter varias controversias, sitis iniuriarū, multis opus est legibus. In quibus constitutendis admirandū simul & clementissimā notabit diuini Platōnis ingenium: cogitat enim ingenio bonitatem et vti singulis legibus proemia quæ ad exhortatoria, quibus hominū iustitiam cives ad iustitiam, libere parere velint, ac sponte vult. Ipsi legibus illis obtemperant, quibus autē solent quasi tyrannici imperii percerere, ac pro vrbibus vel fraude vel violentia eorum imperij subterfugere. Adit verò post multa etiam minas, ad illi & parat progre. Inter illos, qui patriam suam non in aeternum indicant, sed nouerunt. Descendimus iam ad primi Legum dialogi propriam argumentationem, si prius omnes adiuuauerimus vt Dialogum Mimōem, argumentationem, illius legum antequam ad hæc leges accederet. Accedit inquam Lenquam & lectissimam eas diligenter obseruati, & actionibus penitè feruati. Alioquin, nisi his obediunt intelli gēt se post tam exactā iustitia in iustitiaque notitia & minoris custoditione & maiori crimine peccaturos. Atheniensis hospites, id est Plato profectus in Creta prope Gonosum offendit Megillū Lacedæmonium, & Cliniam Cretensem, quem vna iā nouit aiti Goo- fuis accesserant, vt coloniā inde deduceret, vrbē conderet, atq; leges darent. Hic ergo duo ad sacra Iouis antru consilium de hoc accedebant: his salus obuius. Atheniensis hospes, quidā aliteri irit interrogant. Illi leges excoctataros esse se responderunt vrbem cum multa de legibus interrogati ab hospite quæstione haud satis absoluerit, & hospes illis ad leges spiritum videret, obseruauerant eum vt ad ciuitatē legibus institutam vna tum ipsi adiutor accederet. Obtemperat ergo hospes, & ante omnia principium à quo & per quod leges ad homines perueniret, exponit, deū silicet atq; philisophū. Deinde leges per quos sita, docens eiusmodi hinc fore tranquilla animorum in ciuitate portationem, veritatis cōtemplationi quoad fieri potest spiciendū. Tertio ad ipsam legū formā materiamque descendit. Leges autē à deo hominū inspirari, testis est omnia antiquas res vestes & multi Platōnis libri, testes & rationes nostræ in multis Dialogorū argumētis ad dicitur, atq; in theologia nostra. Vbi de religione æquior, & firmas. Profectu si natura que nihil aliud est quam ignis diuini præsentis influentia, atque vbi queque prouidit diuini præsentis influentia, non dicit ipsa se ipsam, sed ab ipsa prouidit dicitur, sine omni ordinē, & in ipsa præsentis, & naturæ prout vult inscribere iniqua natura alii neque abundat super fluit, neque in rebus deficit necessarius, certū diuina prouidit in rebus